

CATULLUS I, 5

ORIGINAL

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
rumoresque senum seueriorum
omnes unius aestimemus assis¹!
soles occidere et redire possunt:
nobis, cum² semel occidit brevis lux,
nox est perpetua una dormienda.
da mi basia mille, deinde centum,
dein mille altera, dein secunda centum,
deinde usque altera mille, deinde centum.
dein, cum³ milia multa fecerimus,
conturbabimus illa, ne sciamus,
aut ne quis⁴ malus inuidere possit,
cum⁵ tantum sciat esse basiorum⁶.

REFORMULAÇÃO

Mea Lesbia, vivamus atque amemus; et omnes
rumores senum severiorum aestimemus unius assis.
Soles possunt occidere et redire; nobis autem, cum
brevis lux occidit semel, una nox perpetua est
dormienda. Da mi basia mille, deinde centum, dein
mille altera, dein secunda centum, deinde usque
altera mille, deinde centum. Dein, cum fecerimus
multa milia, conturbabimus illa (basia), ne sciamus
(numerare illa), aut ne quis malus possit invidere,
cum sciat esse tantum basiorum.

TRADUÇÃO

Minha Lésbia, vamos viver e amar; e consideremos todos os rumores dos velhos mais severos como tendo o valor de apenas uma moeda. Sóis podem pôr-se e retornar; para nós, porém, quando morre a breve luz, há uma única noite que se deve dormir. Dá-me mil beijos, depois cem, então outros mil, então novamente cem, depois ainda mais outros mil, depois cem. Então, quando tivermos dado muitos milhares, confundi-los-emos, para que não saibamos quantos foram, ou para que ninguém perverso possa invejá-los, ao saber da existência de tantos beijos.

¹ *aestimemus omnes rumores unius assis*: aestimemus rumores sicut aestimamus unum assem, id est, rumores despiciamus.

² *cum*: ubi, quando.

³ *cum*: ubi, quando.

⁴ *quis*: aliquis.

⁵ *cum*: quod, quia (causam indicat).

⁶ *tantum esse basiorum*: “tanta basia esse” interpretatur.